

3. 15. שְׂתָם הָעַיִן viri reclusi, aperti quoad oculos, vel ut Arias P. II. Cap. V. de Versione
 Montanus exponit: *apertum habens oculum*, Vulgata contradicit, *ejus obturatus est oculus*: Deut. XXIX, 10. עֵצֵי עַרְשָׁבֵת מִיַּמֵּיךְ
 a casore lignorum usque ad haurientes aquas, qui simul omnes Vulgata La-
 tina.
 fœdere Dei comprehenduntur, at excluduntur a Vulgata, *exceptis*
lignorum casoribus, usque ad haurientes aquas: Deut. XXXIII, 6.
 וְיִהְיֶה מִתּוֹן מִסְפָּר quod Pagninus vertit, *nec sint populi ejus nume-*
rabiles, eodem, quem LXX. fuderunt, sensu: καὶ ἕστω πολὺς ἐν
 ἀριθμῶν, Vulgata invertit: *Et sit parvus numero*; ubi quidem non
 dissimulavero, verba fontium ita concisa & abrupta esse, ut e no-
 stratibus quoque b. Seb. Schmidius ita reddiderit: *erit tamen, ho-*
mines ejus, numerus (exiguus.) Habes in ea 2) Sphalmata ἀριθμη-
 τικὰ, in numeris perperam positis, v. g. Gen. VIII, 4. בשִׁבְעָה
 עָשָׂר יוֹם לְחָרֶשׁ decimo septimo die mensis, Vulgata vero, *viceesimo*
septimo die, scilicet secuta LXX. qui pariter legunt: ἐβδόμη καὶ εἴ-
 κῆδος ἑβδόμης c. XI, 13. Arphaxad, postquam genuerat Schæla-
 chum, vixit שְׁלֹשׁ שָׁנִים וָאַרְבַּע מֵאוֹת שָׁנָה *quadringentis tri-*
bus annis, at juxta Vulgatam *trecentis tribus annis*: c. XXIV, 22.
 בְּקַע מִשְׁקָלוֹ dimidium scilicet pondus ejus, Vulgata vero, *appendentes*
duos siclos: Exod. XXXII, 28. occisi memorantur in populo
 כִּשְׁלֹשָׁת אַלְפֵי אִישׁ *circiter tria millia virorum*, at juxta Vulgatam
quasi triginta tria millia hominum: Num. XXVIII, 13. 29. & c.
 XXIX, 10. 15. עֶשְׂרֵן עֶשְׂרֵן *singulas decimas*, Vulgata convertit
in decimam decime. Habes 3) ἐλλείψεις, quæ desiderantur in Vul-
 gata, in qua integra nonnunquam commata, sæpe & verba non-
 nulla omissa deprehendes, v. g. Gen. XVII, 13. defunt in Vulgata,
 quæ leguntur in Hebræo: *circumcidendo circumcidetur natus domus*
tuæ, & eris argentus tuo: c. XXIII, 1. omisit hæc: *isti sunt anni vi-*
te Saræ: c. XXIV, 41. hæc: *Et eris mundus a juramento meo*: cap.
 XXXI, 39. defunt: *interdium, & quod furto ablatum est noctu*:
 c. XXXIV, 29. hæc: *Et pradati sunt omnia, quæ erant in edibus*: c.
 XXXV, 13. desiderantur: *Et ascendit (Deus) in loco, ubi locutus erat*
ipsi: c. XXXIX, 5. hæc: *Et fuit, ex quo preposuit cum domus sua, &*
super omnia, quæ erant ei: v. 6. hæc: *Et reliquit omnia, quæ erant sibi,*
in manu Joseph, & v. 19: quæ locuta est ad eum, dicendo: secundum
verba ista fecit mihi servus tuus: c. XL, 5. absunt: *pincerna & pistor,*

T u

qui